





447  
MAGNIFICI ICTORVM ORDINIS  
IN ACADEMIA LIPSIENS  
CONSENSV

1735-15

DISSERTATIONEM  
DE  
IVRE COLONARIO,

vom

Sand-Siedel-Recht.

PRAESIDE

DN. ABRAHAMO KAESTNERO,  
IVRIVM DOCTORE ET PRACTICO,

IN

AUDITORIO ICTORVM PETRINO

DEFENDET

CAROLVS GOTTLLOB MÜLLERVS,  
KYHN. MISN.

AB HORA X. VSQVE XII.

---

L I P S I A E

---

Die XXVI. Octobr. Anno cIc lccc xxxv.

LITERIS GABRIELIS TROGIL.



MAGNIFICÆ CICATORVM ORDINIS  
IN ACADEMIA FRIBERGENSIA  
CONSENSU

DISSERTATIONVM  
de  
IARÆ COLONARIO

De  
ABRAHAMO RABSTINIO  
HILMI DEO, ORE ET PRÆCILLIO  
YNDIOTICO METROPOLITANO PETRIO  
DARINCIAT  
CVRORVM GOTTLIEB MULIERAS  
KATH. M.  
AB HORI X ASCEAE XII

XII P. S. I. Y. E.  
DE ZEYL OGOFI. Vnde CLO JOCCKE  
FILIEIS AVBRIETIS DISCNI



# DISSE R T A T I O DE IVRE COLONARIO, vom Sand=Hiedel=Recht.



## §. I.

Vm de iure colonario quaedam coniicere  
animum induxi, missa iuris voce, saltem  
quis colonus, (a quo deinde *ius colonarium*,) proprie dicendus sit, summa  
breuitate dicam. Antequam vero signi-  
ficatum iuris Germanici attingam, prius  
*ius nostrum Iustinianeum euoluendum*  
esse arbitror, quod ad meliorem intel-  
lectum haud parum perspicuiratis conferre posse, certe mihi  
persuasum habeo.

## §. II.

Primo loco monendum, non satis considerate vocem *coloni*  
expendere, qui afferere conantur: iure communi *colonos* fuisse  
seruulis conditionis, *Leibeigene Leute*. Sic enim MEVIVS *ad*  
*Ius Lub. Lib. I. Tit. 3. a. 3. n. 2.* iure communi, *inquit*, *coloni &*  
*seruulis*

¶ 10 ¶

seruiliis conditionis homines, Leibeigene Leute, censentur pars fundi, eique ita inhaerere, ut separari nequeant.

§. III.

Sicuti vero Menii sententiae non, nisi ubi de illius asserto in specie constat, ad stipulandum; sic tota res, a Romanorum Agricallis de quibus vid. integer tit. C. de Agricolis & Censis & Colonis, repetenda videatur. Originem horum apud Romanos, post deuictos Latinis nominis populos, dedit PEREZ, ad C. d. t. n. 2. Cultura scilicet agrorum vel a Dominis ipsis, vel ab aliis, peragitur. Domini autem vel priuati sunt, vel cum potestate, ut Principes & Respublica. Principis agri olim, aut excolebantur per libertos, v. l. v. C. de Colon. Illiric. aut per seruos, aut per adscriptios glebas, v. l. i. & t. t. C. de Agricolis & mancip. Domin. aut per omnes homines, NB. omni modo liberos, v. l. 12. C. de Agricol. ibi: seruos vel tributarios. Omnes autem hi recensiti generali vocabulo, vocantur Agricoli, in rubr. & l. 10. C. d. t.

§. IV.

Coloni igitur in specie sic dicti, liberi homines erant, uti patet ex l. 1. C. de praedisi Tamiacie, ac domino terrae certos redditus & pensiones praestabant in pecunia vel speciebus pro solo. v. l. 5. l. 20. §. 2. C. de Agric. variis modis nunc a tempore, nunc a locis, nunc a patrimonii distinguebantur. v. TABOR de Contractu & iure Colonialio Provinciali th. 5. seq.

§. V.

Pater ex dictis, ius Colonialium legibus ciuilibus ignotum non esse, quamvis Iure Germanico, illud pro moribus ac consuetudinibus locorum aliter obseruetur. Coloni quippe Germaniae nostrae, diversae etiam sunt conditionis: Siquidem & in Bohemia & Pomerania & Megapolensi aliquaque agris, etiamnum homines glebae veluti adscripti reperiuntur; In primis illi, qui Vandalicæ sunt originis, in quibus itidem modo paulo liberioris conditionis species occurret, ut in Lusatia, der Lehn-Baur, Lehnmäher oder Lehnen-Leute, alibi der freyen Baur ic. modo adstrictior, der Hof-Bauer, Lüfner, Fröhner oder Fröhn-Baur. teste TABORE c. l. th. n.

§. VI.

Quanquam vox coloniali quando etiam inquilinum significat,

vii

¶¶¶¶ ¶(o)¶¶¶¶

vti videte est ex l. vn. C. de praed. Tamiac. l. 2. Cod. Theod. se vag. per.  
mane. Speciatim tamen Coloni dicuntur passim, qui conditionem  
debent genitali solo propter agriculturam. v. Non. 162. c. 2. vers.  
indicat autem. l. 23. C. de Agric. Huius generis Coloni rursus sunt  
Originarii, Adscriptiti, Censiti &c. v. Hermann Scamini l. 3. c. 3.  
n. 4. & 14. de seruit. personal. Sicque opponuntur Inquilinis, quip-  
pe qua voce regulariter praediorum urbanorum sive aedium in-  
habitatores indigitantur. v. l. 37. ff. de acquir. vel amitt. poss. verb. pro  
colono &c. l. vlt. de vi & vi armat. l. 14. §. de relig. & sumt. fun. Conf.  
APPIANVM Lib. II. de Bella ciuili, ibi: ινιλονον νελθετι, την  
εγχωρα αλλοτρος οντας. Inquilinum vocant inhabitatorem  
alienarum aedium, i.e. conductorem.

S. VII.

Colonia ergo praedium dicitur, quod sub colono possidetur.  
v. l. 24. §. colonus 4. ff. loc. cond. l. 1. §. priuatae viae, 23. ff. ne quid in  
loc. publ. vel in. stat. l. 20. §. praedio, 3. ff. de Instruct. vel Instrum. legat.  
Hinc non difficulter patet: Romanos prae aliis gentibus *ius Colonarium*,  
suum studio excoluisse, quippe qui non minus, quam  
alii sapientes intelligenter, quantum interesset Reipublicae agros  
rite & studiose excollit. v. PLIN. lib. 18. n. 11. l. 2.

S. VIII.

Quibus ita cognitis ipsum *Ius Colonarium*, quoad mores no-  
stros describi potest, quod sit *Locatio quaedam*, qua colono prae-  
dia rustica ad certum tempus, (vel etiam in perpetuum) sub certa  
pensione, certis temporibus praeflenda, fruenda conceduntur, scri-  
ptura regulariter accidente.

S. IX.

Dixi, quod sit locatio quaedam; Est enim species locatio-  
nis, cum tamen non simpliciter cum illa conueniat, adiecta est  
particula quaedam, tanquam vox improprietas, conf. §. 1. l. de  
legat. Plerique quidem saltet certum tempus in definitione po-  
nunt; Quia vero nihil impedit, quo minus eiusmodi contractus  
in perpetuum ineatur, ut ex Responso, in fine adiecto (vbi simul  
etiam differentia specifica inter hunc contractum interque locatio-  
nem conductionem haud obscure) apparet, hinc etiam verbum, in  
perpetuum inferere, nullus dubitauit. Ratione scripturae quidem  
nonnulli dubitant; Verum cum de hoc contractu, quia plerum-  
que

que vel ad longum tempus, vel plane in perpetuum celebratur, ex longo temporis interuallo vix ac ne vix quidem constare possit, merito scriptura pro forma huius negotii requiritur. Ius autem nostrum Colonarium hic descriptum, a iure *census haereditarii*, vom *Lebzins Rechte*, non differre, putat BEYER. in post. *iuris Germ. Lib. III. Cap. XXII. pos. 16.* Quomodo vero a iure emphatico differat ostendit *TORNOVIVS de feudis Mecklenburg. Cap. II. §. 19. p. m. 285.*

## S. X.

Germanice ius colonarium efferrunt *des Landsiedel-Recht*, hinc *Landsidelia*; *Contractum*, die *Landsiedellehe*; *Colonum* vero den *Landsiedeler* sive *Landsiedel*, vid. *BESOLD. Thesaur. Pract. hoc verbo*. Si vero appellationis Germanicae rationem desideres, vix, ac ne vix quidem inter eruditos de hac constabit. De Critica enim acui medii maxime adhuc incerti sumus. *HERTIVS Lib. I. Paroem. 2. a Ländlich, Sittlich deducit*; hinc *STRYCK. V. M. tit. loc. cond. §. 30. dicit*: Ego puto, per vocem *Landsiedel-Leyhe*, idem exprimi, ac si dicatur *Landsittliche-Leyhe*, sive eine Verleihung oder Leybung nach den hergebrachten Sitten des Landes, i. e. concessio seu locatio rei iuxta mores prouinciae. *WEHNER sub verbis: Landsiedellei nehmen*, ait: *Landsiedel ist ein Land-Sitz sive Land-Guth. TABOR de iure Colonario §. 14.* Existimari quis, scribit, laborem vilorem & sordidiorem notari: Ita enim, pergit, Sudeler, dicuntur *Lixa* & similis farinae homines, laboribus viloribus addicti, unde *Sudel-Röde*. Idem formula *Sudeln und Prudeln*, cum homines de grauitate laborum conqueruntur, sonare videtur. Et porro compositum *Besüdeln*, *Scamna* etiam rustica alicubi *Siedeln & Siedel-Bäncke*, appellantur. Haec *TABOR*. Quae quidem non arrident *Illustri de LVDEWIG*, qui vocem *Siedeln* a vocabulo *Siezen*, deducit, atque inde verbum *Landsiedeler* profluxisse opinatur. Cui tamen brevibus responderet *TABOREM* que defendit, ac denique ipsi simul quaedam circa vocem *Landsäfli*, quae satis recte se non habere viderentur, obiicit, nec non eiusmodi peccatilla literaria non tam acerbam mereri censuram, optime censet *DN. GOEBEL, Tr. de iure & iudicio rusticorum fori Germanici, Cap. II. §. 8. lit. a. p. m. 54. seq.*

## S. XI.

*Coloniam sive Landsideliam, diuidi in temporalem atque perpetuam,*

petuum, §. 8. adduxi. Quaeritur igitur, qualis in dubio sit praesumenda? Et respondeatur, in dubio saltim simplicem locationem praesumti: Quisque enim censendus quam minime voluisse ius dominii sui restrictum, ademtum aut impeditum. vid. COTHM. Resp. 42. per tot. Quod ad eum casum quoque extendendum, vbi alicuius maiores continua successione fundum aliquem pro simili pensione a quinquaginta vel pluribus annis possederunt. Tempus quippe longum non mutat locationis conditionem ac naturam. v. l. 2. C. de Praescript. 30. vel 40. ann. nec enim sibi ipsi quisquam causam possessionis mutare potest. l. 33. §. 1. ff. de Visc. l. 3. §. 19. de acquir. poss. Falsum igitur semper credidi & adhuc credo, quod ex TIRAQVELLO, BALDO, BOERIO, aliisque asserit CARPZ. Lib. V. Resp. 17. n. 10. per locationem scil. ad longum tempus possessionem & vtile dominium acquiri. Nec per praedicta opus esse cautela, quam commendat STRYCK Sect. II. Cap. IX. §. 6. (a qua ipse recedit in V. M. Tit. locat. §. 59.) ut singulis nouem annis contractus renouetur. Pugnat enim hoc assertum cum iurium dispositione, v. l. 39. ff. locat. cond. hinc solide huic opinioni contradicit FINCKELTH. Obs. 3. n. 13 seqq. conf. FRANZK. ad ff. cit. tit. n. 29.

## §. XII.

Plura in praesentiarum adducere partim angustia temporis, partim etiam instituti ratio prohibet. Euolui autem hac de materia meretur *Constitutio Solmensis* P. II. tit. VII. atque ad hanc ex professo TABOR, cit. *Trael. de LVDEWIG c. 6. de iure German. clientel.* STRVVIVS, S. J. F. c. II. n. 4. FRANZK. *de Laudem.* Cap. X. STRYK. V. M. tit. loc. §. 30. seqq. HAHN, *Tr. de iure colonario.* DN. GOEBEL cit. *Tr. MEVIVS. P. I. dec. 163.* Melioris illustrationis gratia de *Colonia perpetua*, Responsum quoddam adiungam. Sic autem Domini Scabini Lipsiensis Mens. Mart. 1693. pronunciarunt:

Als ih uns Abschriften eines *Contrads* und anderer Documenten mit lit. A. ic. bemerket, benebst einer Frage zugeschicket, und auch des Rechtes darüber zu belehren gebenheit, dennach sprechen wir Churfürstl. Sachsische Schöppen zu Leipzig darauf vor Recht.

Ist von dem Gräflichen Schwarzburgischen Consistorio zu Sondershausen,

häusen, eurem Vater Nicolao Klingenschiiedten, das Hengrigische Lehn-Guth zu grossen Ehrich, Anno 1652. ad perpetuam Coloniam eingethan, und dergestalt, daß er solches nach seinen besien und frommen, nutzen und gebrauchen, vorgegen jährlich 6. March-Schaffel gut, rein und lücksig Geredig, Zins abstatzen, auch alle 9. Jahr bey gedachtem Consistorio muthen, und g. Mthlr Repraesentation - Gelder erlegen solle, zugeignet worden; Nachdem nun euer Vater angeregtes Guth euch als ein Praelegatum beschieden, ihr darauf damit beliehen, vorigen Contract renouaret, und bissher jederzeit von euch denselben nachgelebet worden. So wollet ihr, ob ihr in Zukunft zu einem höhern Zinse, oder auch zu Ertegung eines Kauff-Pretii, mit Bestande Rechtens möget angehalten, oder wohl gar wider euren Willen, solches Lehn - Guhs, wenn ihr gleich den anfänglich beliebten Zins jährlich entrichtet, entschert werden, berichtet seyn.

Ob nun wohl angeführt werden möchte, als sey dieser Contract vor einen Pacht von 9. Jahren zu 9. Jahren anzusehen, und dahero das Gräßliche Consistorium dieses Lehn-Guths, so von der gnädigsten Herrschaft wegen eines zu Alimentirung etlicher Schul-Knaben zu Sondershausen beschiedenen Legati, angewiesen worden, nach Gefallen, nach Ablauf der 9ten Jahres-Frist, anderweit zu verpachten, oder ein höher Pacht-Geld zu fordern, oder es um ein gewisses gänglichen zu vereusern, und hierdurch der Schulen Besitz zu prospicieren wohl befugt.

Dennnoch aber, dieweil die Natur und Eigenschaft derer Güther, so ad perpetuum Coloniam einmahl eingethan worden, darinnen bestebet, daß, so lange der Besitzer und dessen Erben sich mit Abführung des versprochenen Canonis, zu rechter Zeit einfinden, solche ihnen nicht genommen, noch auch der Erb-Zins gesteigert, viel weniger ein gewisses Kauff-Geld davor gefordert werden mag, und also pro locatione conductione nicht zu achten. Hiernebst in gegenwärtigem Falle, das Consistorium, bey Einräumung des Hengringischen Guthes, ihme mehr nicht, als daß der Contract, wenn die versprochenen Zinsen zu rechter Zeit nicht abgetragen würden, nicht weiter gültig seyn und statt haben solle, ausdrücklich bedungen. Im übrigen aber euers Vaters Disposition, Inhalts welcher euch mehrbesagtes Guth voraus beschieden worden, nicht allein confirmirt, sondern auch euch und euren Erben auf gleiche Art verneuert, und in Lehne gerichtet worden;

So möchte von euch und euren Erben, so lange der lebige Erb, Zins richtig abgeschürt wird, der Pacht nicht erhöhet, noch vor das Guth Kauff-

## XXXVIIIC. o. XXXVIII.

Kauff-Geld gefordert, noch auch ihr und eure Nachkommen dasselben hin-  
wiederum entzehet werden. B. R. L.

## COROLLARIA.

### I.

Colonus partiarius, (*de quo vid. l. 25. §. 6. locat.*) dicitur, cui  
praedii rustici usus pro certa fructuum ibi nascentium  
parte praestanda concessus est. v. LAVTERB. *de co-*  
*lono partiar.* §. 1. Quale vero nomen hoc negotium  
habeat, dissentunt Dd. inter se. Quidam veram esse  
societatem adferunt. v. Colleg. Argentor. tit. loc. th.  
12. n. 10. SVRDVS *conf. 205. n. 10.* Alii esse hoc ne-  
gotium *contraclum innominatum*, contendunt, *conf.*  
*TABOR.* *de admodiat.* m. 1. c. 4. n. 15. Mihi non in-  
congrue locationem conductionem irregularem voca-  
ri posse videatur. Sic etiam PLINIVS Lib. XXXIV.  
c. 5. hanc speciem vocat. *partibus non nummis loca-*  
*re.* Conf. KYBER, *de colono partario, vom Halb-*  
*Bauer.* Altorf. 1677. SAM. STRYK. *de diuerso colori*  
*norum iure,* §. 13. seqq.

### II.

Quamvis ius colonarium Prouinciale, suo modo, ad locationem  
referatur, colonus tamen hic praeter communem  
omnium conductorum obligationem singulariter ad  
tributa soluenda adstringitur, quae de iure Romano  
locator praestare debet. v. CANCER Lib. 2 var. resol.  
c. 6. n. 20.

### III.

In c. f. X. *de restit. spot.* AFFECTVS occurrit. Describitur autem  
hoc negotium a IANO *de affidu*, quod sit contraclus,  
quo pro parte fructuum exigua aliquius rei usus fructus  
impensis et periculo conducentis per auersionem ita conce-  
ditur, ut virique possessio et ius percipiendi sibi ex con-  
traclus

¶¶¶¶¶ : ( o ) : ¶¶¶¶¶

tractu debitam fructuam partem competit. A BARTOLO in l. 5. §. 12. de usufr. n. 12. hoc negotium accepit ad Coptimam dici solet, quae locutio etiam aliis arri-der. Vtrum vero affidus a locatione distinctum sic negotium, quaeritur? BALDVS affidum pro emphyteusi accipit, P.I. Conf. 114. Sed ex iis documentis, quae collegit du FRESNE voce Affidus constat, hac adpellatione denotari in genere redditus vel etiam census, vt adeoque etiam ad locationem applicari soleat, vti ostendit TVSCH. Lit. A. concl. 40. quod ipsum etiam vult CVIACIVS, quando dicit: Itali affittare dicunt pro locare praedia sub certa pensione. Nam pigliar affitto, est conducere, dare affitto est locare; hinc pagar il fitto della casa, dicitur: den Haus = Zins bezahlen, et Cavallo d'affitto, ein Mieth-Pferd. Ex quibus adparat, affidum vix dici posse distinctum aliquod negotium, vti IANVS c.l. §. 12. arbitratur, sed generalem adpellationem, quae omnibus pensionibus, quomodocunque constituantur, applicari possit. v. PACION. de locat. c. 1. n. 27.

IV.

Emtor conductorem expellere potest, etiamsi locator conductori iurauerit, se contraclum seruaturum. v. LAVTERB. in Compend. p.379.

V.

Conductor in re conducta culpam leuem in abstracto saltem praefstat. Ad l. 28. C. loc. cond. et §. pen. I. de loc. et cond. quos textus' ve obstantes adlegare solent, in conflictu respondebimus.

VI.

Locatio et conductio non praecise requirit mercedem in pecunia numerata consistentem. v. l. 25. §. 6. verbis: adparat autem. Loc. cond. et l. 21. C. de locato et cond. verbis: fructus anni locasti. Dissentit STRAVS. de pecunia numerata in locationis conductiois contractu necessaria. Vittenb. 1675.

¶¶¶¶¶ : ( o ) : ¶¶¶¶¶

Leipzig, Diss., 1735 A-Q

ULB Halle  
004 758 757

3




Sb.

f

10478







MAGNIFICI ICTORVM ORDINIS  
IN ACADEMIA LIPSIENSIS  
CONSENSU

1735, 15.  
DISSTERTATIONEM  
DE  
IVRE COLONARIO,

vom  
*Sand-Siedel-Recht.*

PRAESIDE  
DN. ABRAHAMO KAESTNERO,  
IVRIVM DOCTORE ET PRACTICO,

IN  
AUDITORIO ICTORVM PETRINO  
DEFENDET

CAROLVS GOTTLLOB MÜLLERVS,  
KYHN. MISN.

AB HORA X. VSQVE XII.

L I P S I A E

Die XXVI. Octobr. Anno d<sup>o</sup> 1735.

LITERIS GABRIELIS TROGII.